Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

÷ Si introiero in tabernaculum
÷ domus me. Dauid hoc dicit
nullam aliam requiem quero.
nisi xpi. quidem eo semine
nasciturus est. hoc est quem
promisisti. qui a demeis lum
bis nasciturus ess&;
÷ Si dedero somnum oculis meis
÷ & palpebris meis dormitationem;
÷ & requiem temporibus meis
÷ donec inueniam locum dno
÷ tabernaculum dō iacob;
hoc multi putant dici de eccle
sia. sed mihi uid&tur. non tam
de ecclesia dici. quam de scama
ria denique dicitur.
÷ Ecce audiuimus ea in efrata
÷ inuenimus eam in campis siluae;
Legamus scripturas scas & die
bus & noctibus. singulas syl
labas & litteras uentilemus.
dicat aliquis de efrata. hic
b&hlem dicit. legimus enim
in genesi uenit in b&hlem. hec
est ephrata. hoc dicitur de
iacob. quando uxor eius rac
hel mortua est. hoc est in efra
ta. sed uideamus ephrata
quare nomen accipiat scrip
tum est in parte li pomenis
quim maria soror moysi. & aa
ron habuerit martium. or
nantur. sed. or. & postea ordo
describitur. & dicitur maria
soror moysi & aaron. haec est
ephrata. hoc in parte li pome
non libris scribitur. quaerite
& inuenietis. deinq; & haec
ephrata. ab illa ephrata no
men accepit. Vid&tur forsitan
alicui uerum non esse quia.
nouum est. sed remitto eum
ad auctoritatem libri. ecce au
diuimus ea in ephrata. in ebreo
non hab&tur eam. sed hab&tur eum
hoc est illum qui nasciturus est.
de semine. audiuimus eum in e
phrata. quod de maria sensus sit
sed & simpliciter intellegere
possumus. quim epta b&h
lem dicitur. & xpi in b&hlem
natus sit filius igitur locus.
quitanto ante tempora pro phe
tarum uoce cantatus est.
Omnia quidem loca sca uenerabi
lia sunt. & ubi natus est.
& ubi crucifixus est. & ubi re
surrexit. & ubi ad caelos uic
tor ascendit. sed iste locus pro
priae. uenerabilior est.
Vid&te quanta miseri cordia di
hinc natus est paruulus.
infans in praesepe ponitur.
Non enim erat illis locus in di
uersorio.